

**www.e-rara.ch**

**Pandectarum sive partitionum universalium Conradi Gesneri Tigurini,  
medici & philosophiae professoris, libri XXI**

**Gessner, Conrad**

**Tiguri, anno 1548**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: 5.13,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1936>

Partitionum universalium liber XII. De historiis.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER XII. DE HISTORIIS.

SEBASTIANO GRYPHIO PRAESTANTIS

SIMO TYPOGRAPHO LVGDVNI, CON-

radus Gesnerus S. D. P.



TATVERAM ego ab initio Germanis tantum nostris typographis singulas huius operis partes dedicare: sed cum reputarē multos ex nostris sordidos & illaudatos esse, qui uel quorumuis authorum libros in publicum ædant: uel si bonos interdum, nulla tamen diligentia laude, sed plerunq; deprauatiores quàm antea essent (nam characterum & chartæ bonitatem aut pulchritudinem minoris æstimo, quanquam ab illis etiam non paruum artis uestræ decus pendeat) malui externos etiam aliquot claros & bene meritos de communibus studijs typographos, quàm Germanos indignos, uni genti parum liberaliter adstrictus, concelebrare. Sic enim sentio, neq; diuites omnes uestri ordinis laudandos esse, cum multi eorū auaritia capti, mendosos profus libros excudere, quàm sumptus etiam mediocres facere malint: Neq; contra minus pecuniosos omnes uituperandos, quorum non pauci licet non multa aut magna opera publicare possint, in ijs tamē quæ possunt exquisita diligentia utuntur. Tu igitur inter primos, humanissime Gryphi, minime prætereundus in mentem mihi uenisti, *πονηρὸν ἀντάξιον ἀνδρῶν*, cui non postremus inter eximios ætatis nostræ chalcographos locus deberetur: idq; eò magis, quoniam non solum inter externos in Gallia innumeris optimis libris optima fide summaq; diligentia elegantiaq; præcuis, maximam tibi gloriam peperisti: sed nostras etiamnum esse uideris, qui Germanus in Galliam ueneris. Accipe ergo has de Historijs partitiones, leue quidem illud, non exiguum tamen amoris erga te pignus nostri, & meritæ laudis tuæ apud studiosos, qui in hæc legenda inciderint, testimonium futurum. Quæ nam autem historica ex officina tua prodiuerint, in Catalogo omnium quæ ædidisti operum iam apparebit. Vbi si multa forte mihi ignota omiserim, tantum loci interuallum & extemporanea hæc scribendi festinatio, excusationem mihi apud te impetrabūt. Vale, & studiosos pulcherrimis typis tuis iuuare perge: quod ut feliciter & libenter diuq; facias, Deum omnipotentem oro. Tiguri quarto nonas Martij 1548.

## CATALOGVS LIBRORVM APVD

SEBASTIANVM GRYPHIVM

Lugduni excusorum.

### ¶ Libri grammaticæ.



Onatus de 8. partibus orat. cum scholijs et 8. tractatibus Glareani, 1537. In 8.  
Nicolai Perotti grammatica, 1541. In 8.  
Rudimenta prima Latine grammatices Io. Pellissonis.  
Modus examinandæ constructionis, eiusdem.  
Contextus uniuersæ grammatices Despauterianæ, per eundem.  
Grammatices Latine elementa Phil. Melanchthonis.  
Eiusdem syntaxis. De Periodis & Prosodia.  
Petri Godefredi Remæi Erotemata, siue Isagoge in primas literas, in 8. 1538.  
Ioan. Murellij tabularum opuscula tria, per Petrum Godefredum Remæum in Epitomen redacta.  
Bellum grammaticale, per Andream Guarnam Salernitanum.  
L. Valle Elegantiæ. De reciprocatione Sui & Suius, 1531. in 8.

### L. Valle antidotorum in Poggium libri 4.

In eundem dialogi 2.  
In Ant. Raudenssem libellus.  
Epistola Apologetica.  
Inuectiue in Morandum.  
In Faccium & Panormitan libri 4.  
In Bartoli de insignijs et armis libellum, 1532. In 8.  
Adeps elegantiarum Laurentij Valle, per Bonum Accursium, ex eiusdem de lingua Latina libris collectus. In 8. 1536.  
Erasmi Paraphrasis in libros Elegantiarum Valle, cum farragine sordidorum uerborū Cornelij Croci 1531. In 8.  
De octo partium orationis constructione libellus D. Erasmi Rot. cum Lunij Rabirij commentario. In 8. 1537.  
Thomas Linacer de emendata structura Latini sermonis, 1541. In 8.

C A T A L O G V S L I B.

Eiusdem Rudimenta grammatices, 1541. In 8.  
 Iulij Caesaris Scaligeri de causis linguæ Latinæ libri 13.  
 Oratio eiusdem in luctu filij habita.  
 Adrianus Cardinalis de sermone Latino.  
 Eiusdem Venatio: & Iulij 2. pont. Rom. iter. In 8.  
 De corrupti sermonis emendatione, & Latine loquendi  
 ratione, Maturinus Corderius, 1535. In 8.  
 Erasmus de duplici copia, 1530.  
 Enchiridion ad uerborum copiam, Theodorico Morelo  
 auctore. In 8. 1538.  
 Exercitatio linguæ Latinæ, per Ioan. Ludouicum Viuem  
 Valentinum, 1542.  
 Colloquia D. Erasmi, 1530. In 8.  
 Erasmi epistole familiares, 1542. In 8.  
 Idem de conscribendis epistolis, 1530.  
 De conscribendis epistolis per Io. Lud. Viuem, quibus ad-  
 iecta sunt, Compendium Erasmi de eadem re.  
 Conradi item Celtis methodus, et Christophori Hegen-  
 dorphini. In 8. 1542.  
 Stephani Doleti commentariorum linguæ Latinæ Tomi  
 2. In fol.  
 Amb. Calepini Lexicon, 1540. in folio.  
 M. Terentij Varronis de lingua Latina libri tres: &  
 totidem de Analogia, cum castigationibus Michae-  
 lis Bentini: M. Portij Catonis Originū liber unus.  
 In 8. 1534.  
 Chilides Erasmi, in fol. 1528.  
 Alphabetum Græcum, &c.  
 Mallarij Epistola Musarum Græcarum Apologetica,  
 1530.  
 Alphabetum Hebraicum.  
 Thesaurus lingue sanctæ Sanctis Pagnini. Est autem  
 Lexicon Hebraicum. In fol. 1529.  
 Institutionum Hebraicarum abbreviatio per Sanctem  
 Pagninum, 1528. In 8.  
 Luciani quedam Erasmo & Thoma Moro interpretia  
 bus, 1534. In 8.

¶ Varia & Philologica.

De Vasculis libellus.  
 De re uestiaria libellus ex Bayfio decerptus.  
 De re hortensi, libellus.  
 De re nauali libellus.  
 St. Doletus de re nauali, in 4.  
 Eiusdem dialogus de imitatione Ciceroniana pro Chri-  
 stophoro Longolio contra Erasmus in 4. 1536.  
 Francisci Floridi Sabini Apologia pro Plauto.  
 Eiusdem libellus de legum commentatoribus. In 4.  
 1537.  
 C. Plinij epistole, Panegyricus, & liber de uiris illustri-  
 bus: cum Suetonij libro de claris grammaticis &

rhetoribus: & Iulio Obsequente de prodigijs, 1539.  
 In 8.  
 A. Gellij Noctes 1534. & 1542.  
 Petri Mosellani Annotationes in eisdem, 1542.  
 Nicolai Leonici de uaria historia libri 3. in 8. 1532.  
 Ori hieroglyphica Bernardino Trebatio interprete,  
 1542. in 8.  
 Ang. Politiani omnia. In 8.  
 Ioachimi Fortij Ringelbergij Andoperani opera. In 8.  
 1531.  
 Morie encomion, per Des. Erasmus, In 8. 1528.  
 Lingua, per eundem, 1529. In 8.  
 Eiusdem Apophthegmata in 16.  
 Epistole familiares Ciceronis seorsim, cum argumentis  
 & scholijs Christoph. Hegendorphini, 1532.  
 Castigationes posteriores Petri Victorij in epistolas fa-  
 miliares Ciceronis, 1541.  
 Annotationes doctissimorum uirorum in M. T. Cicero-  
 nis epistolas familiares, uidelicet Petri Victorij, Pau-  
 li Manutij, Sebastiani Corradi, & aliorum 13. Ac-  
 cedunt uariæ lectiones ex collatione uetusti codicis  
 per Nicolaum Scælsium: ac lemmata omnium episto-  
 larum per Gybertum Longolium, 1541. In 8.

¶ Moralia, & alia philosophica.

Aesopi Phrygis Fabule, & aliorum quorundam, in 8.  
 Catonis disticha cum D. Erasmi scholijs: eadem Græce.  
 Apophthegmata 7. sapientum.  
 Mimi Publiani cum Erasmi scholijs.  
 Institutum hominis Christiani carmine.  
 Isocratis Parænesis ad Demonicum, 1530. in 8.  
 Catonis disticha cum Latina & Gallica interpretatione  
 per Maturinum Corderium, 1536. in 8.  
 De uita iuuentutis instituenda, moribusq; ac studijs cor-  
 rigendis, uariorum authorum opuscula. In 8.  
 Moralis philosophiæ Epitome, Phil. Melanchth.  
 Gilberti Cognati Nozereni de Officio famulorum.  
 Eiusdem Oeconomicus. In 8. 1539.  
 Ethicorum Aristotelis libri primi, 2. & 3. & 5. enarra-  
 tio per Philippum Melanchthonem.  
 Eiusdem oratio de Aristotele.  
 Collatio actionum forensium Atticarum & Ro-  
 manarum.  
 In Politicos aliquot Aristotelis libros commentarij,  
 in 16.  
 Plutarchi opuscula moralia Latine uarijs interpretibus,  
 1541. in 8.  
 Nicolai Leonici dialogi philosophici, 1532. In 8.  
 Diogenes Laërtius, 1541. in 8.  
 Omnia opera Ciceronis ex castigatione Petri Victorij,  
 cum Explicatione castigationum eiusdem: ac Anno-  
 tationibus Ioachimi Camerarij. In 8. 1540.

- Rursus omnia eiusdem opera in 16. in decem uolumina diuisa.
- Tusculanae quaestiones seorsim, 1. 38.
- De natura deorum, 1541.
- Ciceronis de Officijs libri tres, cum Annotat. & Scholij Erasmi ac Philippi Melanchthonis, & Bartholomaei Latomi Annotationibus. Item de Amicitia, de Senectute, & Paradoxa eiusdem, & de Somnio Scipionis: quibus adiecta est Theodori Gaza uersio Graeca, de Senectute, et Somnio Scipionis. In 8. 1530.
- Viti Amerbachij commentaria in libros tres Ciceronis de Officijs: cum Scholij Petri Ioannis Oliuarij in Somnium Scipionis. Eiusdem Pet. Ioan. Oliuarij in philosophiam Ciceronis moralem τὰ κερδέα λαια. Item Disquisitiones aliquot in libros Officiorum Caelio Calcagnino auctore. Praeterea & Leonis Bapt. Alberti Florentini de Causis senatorijs, in Ciceron. lib. 2. de Officijs locum, interpretatio. In 8. 1541.
- ¶ Dialectica.
- Porphyrij introductio ad Chrysaorium, Antonio Goucano interprete. In 8. 1541.
- Ioan. Cesarij Dialectica: cui adiecta est, Ioannis Mellij Isagoge in X. Praedicamenta Aristot. In 8. 2538.
- Rhetorica eiusdem, 1539.
- Dialectica Philip. Melanchthonis libri 4.
- Dialectica Guilichmi Lapidani. In 8. 1540.
- ¶ Rhetorica, & orationes.
- Rhetorica Aristotelis ad Theodecten libri tres, Latini, Georgio Trapezuntio interprete. In 8. 1541.
- Hermogenis Rhetorica. Aphthonij itē Sophistae Praeexercitamenta. Antonio Bonfine Asculano interprete. In 8. 1538.
- De Partitione oratoria, M. T. Ciceronis Dialogus, cum commentarijs Iac. Lodoici Strebai, ac Georgij Valae Placentini. 1538. & 1541.
- Topica Ciceronis ad Trebatium, cum Commentarijs Boetij, & Ioan. Visorij Caenomani, ac Bartholomaei Latomi explicationibus, 1541.
- M. Tul. Cic. de Oratore ad Q. fratrem libri tres: cum scholij Philip. Melanchthonis. In 8. 1537.
- Rhetorica ad Herennium, cum libris de Inuentione Ciceronis. In 8. 1533.
- M. Fabij Quintilianii Institutionum oratoriarum libri 12. Liber Declamationum eiusdem, 1535. In 8.
- Petri Mosellani annotationes in Quintilianum, 1541. In 8.
- Rhetoricae elementa Philip. Melanchthonis.
- Gerardi Bucoldiani de inuentione & amplificatione oratoria libri 3. 1542. In 8.
- Iacobi Strebai Remensis de Electione, & oratoria collocatione uerborum libri duo. In 8. 1541.
- Ioachimi Fortij Ringelb. rhetorica seorsim.
- Ioannis Sturmij de amissa ratione dicendi libri 2.
- Eiusdem de Literarum ludis recte aperiendis, liber unus. In 8. 1541.
- Tabulae Petri Mosellani de Schematibus & tropis.
- Pub. Rutilij Lupi de figuris sententiarum libri duo, Aequile Romani de eadem re lib. 1. Iulij Rufiniani, de ijs quae ab Aquila praetermissa erant libellus. Bedae presbyteri de Schematibus & tropis sanarum literarum. Petri Mosellani Tabulae de Schematibus & tropis.
- Oratio laudatoria p. Francisco Valesio rege Francorum.
- Cl. Marleti Diuionens. oratio in laudem diui Sebastiani: et altera in funere Antonij Palmerij recitata, 1538. In 8.
- Panegyricus Ioan. Pellissonis in laudem Cardinalis Turronij, 1534. in 4.
- Βγαχύπλεγμα Ioan. Renerij de Remundi Pellissonis, ac urbis Camberij laudibus. In 4.
- Bartolomaei Erexi Turriani binae orationes: altera pro pace ad Christianos principes: altera pro humanarum artium studijs. 1539. In 4.
- Christophori Longolij orationes 3. Epistolarum libri 4. Item Petri Bembi, & Iacobi Sadoleti liber 1. cum uita Longolij.
- ¶ Poëta, & poetica.
- Homeri Ilias per Laurentium Vallan, Odyssea, per Raphaelem Regium, Latio donat. cui adiecimus Quinti Calabri Detelictorum ab Homero libros, Iodoco Velarzo interprete. Item Coluthi Thebani raptum Helenae, eodem interprete. In 8. 1541.
- Euripidis Hecuba, & Iphigenia in Aulide, Des. Erasmo interprete, 1540.
- P. Vergilij Maronis opera, cum scholij Philippi Melanchthonis, 1531. Rursus per Antonium Goucanum castigata anno, 1541. Rursus in 16.
- Lucanus 1534. In 8. Rursus in 16.
- T. Lucretius 1536. In 8. Rursus in 16.
- Horatius cum scholij 1533. In 8. Rursus in 16.
- Catullus, Tibullus, Propertius, cum fragmentis Cornelij Galli, 1535. In 8. Rursus in 16.
- Martialis 1536. In 8. Rursus in 16.
- Iuuenalis et Persius cum scholij, 1533. In 8. Rursus in 16.
- Ouidij omnia, 1535. In 8. Rursus in 16.
- Eiusdem Heroidum epistola cum scholij, 1536.
- Nux Ouidiana cum Des. Erasmi commentariolo, cui accessit commentarius eiusdem in duos hymnos Prudentij, 1535. In 8.
- Statius, in 16.

C A T A L O G V S L I B.

- Silius Italicus, in 16.  
 Ausonij opuscula 1535. Rursus in 16.  
 Cl. Claudiani poetæ opera, 1535.  
 Gratius de uenatione. Ouidij Halieutica, M. Aur. Olympij Nemesiani Cynegetica. Eiusdem carmen Bucolicum. T. Calphurnij Siculi Bucolica.  
 Adriani Cardinalis Venatio, 1537. In 8.  
 Cl. Claudianus. In 16.  
 Valerius Flaccus. In 16.  
 Senecæ Tragœdiæ, 1538. In 8. Rursus in 16.  
 Plautus, 1535. in 8. Rursus in 16.  
 Terentius cum scholijs Melanchthonis, 1532. In 8.  
 Rursus per Ant. Goueanum integritati suæ restitutus, 1541. In 4. Rursus in 16.  
 Ioan. Riuij castigationes in Terentium, in 8.  
 In Andrian Terentij Annotationes.  
 Iulij Caesaris Scaligeri de Comicis dimensionibus liber. Sententiæ, & Prouerbia ex poetis Latinis: quibus adiecit Leosthenis Coluandri sententias prophanas ex diuersis scriptoribus collectas. In 8. 1541.  
 Hieronymi Vidæ opera, 1537. Rursus in 16.  
 Iacobi Sannazarij opera, 1537. Rursus in 16.  
 Antonij Flaminijs Psalmi & epigrammata in 16.  
 Cl. Rossoleti Lugdunensis epigrammata, 1535.  
 Io. Vultej Epigrammaton libri 3. in 8. 1537.  
 Gilberti Ducheri Epigrammaton libri 2. 1538.  
 Nicolai Borbonij Nugæ, 1538.  
 Stephani Doleti Carminum libri 4. In 4. 1538.  
 Ant. Goueani epigrammata, 1539.  
 Eiusdem epistole 4.  
 Ioan. Secundi Hagieñ. Basia, 1539. in 4.  
 Aonij Palearij de animorum immortalitate libri 3. uersu. 1536.  
 Dictionarium poeticum, Elucidarius carminum, uulgo inscriptum.  
 Ioannis Rauisij Textoris epithetorum epitome, 1541. In 8.  
 Officinæ eiusdem Epitome, 1541. In 8.
- ¶ Historica.
- Val. Maximus cum indice priorū nominum, 1541. in 8. Rursus in 16.  
 T. Liuij Decades cum Annotationibus Beati Rhenani, Sigismundi Gelenij, Henrici Glareani, ac Chronologia eiusdem Glareani, 1542. In 8.  
 Iustinus, cum Epitome ex S. Aur. Victore, de uita & moribus Romanorum imperatorum, 1542. in 8. Rursus Iustinus in 16.  
 Q. Curtius, cum annotationibus Des. Erasmi, 1541. In 8. Rursus in 16.  
 Salustius cum scholijs Philippi Melanchthonis.  
 Orationes contrariæ Salustij & Ciceronis, &c. 1534. in 8. Rursus 1540. Rursus in 16.
- I. Caesaris commentarij, &c. cum picturis, & locorum interpretationibus, 1536. in 8. Rursus 1540. Rursus in 16.  
 Hen. Glareani annotationes in Commentarios Caesaris, 1538.  
 Suetonij Cæsares, cum Io. Bapt. Egnatij libris 3. de Romanis principibus, & annotationibus Des. Erasmi in Suetonium, 1539. in 8. Rursus Suetonius in 16.  
 Cornelij Taciti Annales cum annotationibus & castigationibus Beati Rhenani, Acmylij Ferreti, Beroaldi, Alciati, 1542. in 8.  
 Iosephi opera In 8. 1527.  
 Leonardi Aretini rerum suo tempore in Italia gestarum commentarius.  
 Eiusdem de rebus Græcis liber, 1539. In 4.  
 Heroës Iulij Caesaris Scaligeri.  
 Mores, leges, & ritus omnium gentium per Io. Boemium Aubanum, 1541. in 8.  
 De Gallorum cisalpinorum antiquitate & origine per Gaudentium Merulam, 1538. In 8.  
 Topographia antiquæ Romæ.  
 Insule Melitæ descriptio per Io. Quintinum Heduum.  
 C. Iulij Solini Polyhistor, 1538. in 8.
- ¶ Mathematica.
- Mathematicarum disciplinarum, tum etiam astrologiæ Encomia per Melanchthonem. Item Phenomena Ioach. Camerarij, 1540. in 8.
- ¶ Physica, & de re rustica.
- De anima commentarius Philippi Melanchthonis.  
 Nemesij philosophi de hominis natura liber, Ge. Vallæ interprete, 1538. In 4.  
 Historia animalium per Petrum Gyllium ex Aeliano, Porphyrio, Heliodoro, Oppiano, in Latinum uersa. Eiusdem Gyllij liber de Gallicis & Latinis piscium nominibus, 1534. In 4.  
 Constantini Cæsaris de agricultura libri 20. Iano Cornario interprete, 1541. In 8.  
 Cato & Varro de re rustica, & castigationes Petri Vistorij, cum explicationibus in eisdem.  
 Columella & Palladius de re rustica. Enarrationes uocum priscorum in libris de re rustica per Ge. Alexandrinum. Philippi Beroaldi annotationes in libros Columellæ. Aldus Manutius de dierum generibus, deq; umbris & horis, quæ apud Palladium, 1541. in 8. duobus Voluminibus.
- ¶ Medica.
- Prosperi Calanij Sarzinenfis medici Paraphrasis in librum Galeni de Inæquali temperie: De tuenda ualitudine.

- letudine. De Atra bile. De Sanguinis missione in pleuritide. De Sapore austero, acri, et acido. De Cordis tremore. De Melancholia flatuosa. In 8. 1538.
- Commentarij in sex Galeni libros de morbis & symptomatis, Francisco Valleriola medico authore. In 4. 1540.
- Galenus de præcognitione libellus, Leonardo Iacchino interprete: & explanationes eiusdem in eundem, 1540. In 4.
- Tabulæ sex Stephani Dutemplai, in sex Galeni libros de morbis & symptomatis, 1530.
- Collectaneorum de re medica Auerrhoi philosophi, sectiones tres, de Sanitatis functionibus: De sanitate tuenda: de curandis morbis, à Ioan. Bruerino Campegio Latinitate donatæ. In 4. 1537.
- Cornelij Celsi libri in medicina, 1542. in 8.
- Nouæ Academiæ Florentinæ opuscula aduersus Auicennam, & medicos neotericos, qui Galeni disciplina neglecta, barbaros colunt. In 8. 1534.
- Modus & ordo, quibus possint medicinæ studiosi Auicennam cum Hippocrate & Galeno cõciliare, &c. In 8. 1541.
- Anatomicarum institutionum ex Galeni sententia libri 4. per Ioan. Guinterium Andernachum medicum: cui adiecta sunt, Theophili Protospatrij de corporis humani fabrica libri 5. Item Hippocratis Cõcordiæ de Medicamentis purgatorijs, Iunio Crasso Paulo Patuino interprete. In 8. 1541.
- Leonardi Iacchini medici Emporiensis de Acutorum morborum curatione Disputatio. Eiusdem Questionum naturalium libellus. In 4. 1540.
- Methodus perueniendi ad ueram medicinam. Item de usitata huius temporis componendorum, miscendorumque medicamentorum libri 3. Leonharto Euchsio authore. In 8. 1541.
- Matthæus Curtius de uenæ sectione in pleuritide. In 8. 1538.
- ¶ Cælij Apitiij de re culmaria libri 10.
- B. Platina de tuenda ualetudine. 1541. in 8.
- ¶ Libri in iure ciuili.
- Institutiones iuris, ex castigatione Gr. Haloandri, 1536. in 16.
- De uerborum & rerum significatione, ex Pandectis. De regulis iuris, tum ex Pandectis, tum ex Decretalibus & Sexto. De gradibus affinitatis ex Pandectis. Rubricæ omnes utriusque iuris, 1536. in 16.
- Nicol. Beraldi oratio de uetere ac nouitia iuris prudentia, 1533. in 4. Eiusdem dialogus qua ratione dicendi ex tẽpore facultas parari possit, 1534. in 8.
- Io. Mauritij præfecturæ Burgundiæ senatoris, Repetitio l. unica. C. quo loco mulieres munera subire solent, 1538. in 4.
- Alexandri Losæi Auilianus in 3. Codicis librum Commentarij. Eiusdem in paragr. præterea inutilis. Instit. de inutili stipul. enarratiuncula, 1537. in 4.
- Ioan. de Lopis repetitio l. si pater. de hæredibus instit. 1536. in 4.
- Christophori Hegendorfini dialectica legalis in 8. 1535. & 1540.
- Gabrielis Catiani Brixiani, De eo quod interest, syntagma. In 4. 1542.
- Fr. Duareni l. C. de in litem iurando, iudicijsque bonæ fidei & arbitrarijs, Commentarius.
- Decretum quoddam senatus Biturigum, 1542. in 4.
- Eguinarij Baronis l. C. Leonensis, de diuiduis & indiuiduis obligationibus, commentarius, 1542. in 4.
- Andræ ab Exea iuris utriusque doctoris & interpretis in Academia Valentina, pactorum liber 1. 1542. in 8.
- Aresta amorum, cum erudita Benedicti Curtij Symphoriani explanatione. In 4. 1533. & 1538.
- Iuliani Taboëtij Actiones forenses, 1541. in 8.
- Io. Crucei Picardi Paraphrasis in Tit. de actionibus. Eiusdem de quintuplici substitutione libellus.
- Testandi methodus. De litera Pythagoræ, 1536. in 8.
- Hieronymi Balbi episcopi Gurcensis de coronatione libellus, 1530. in 8.
- Carolus Girardus Castilioneus, de iuris uoluminibus reuulgandis, 1535. in 4.
- Andræ Alciati opera quedam, nempe De uerborum significatione lib. 4. & tractatum eius argumenti ueterum iureconsultorum commentaria, 1530. in fol.
- Ad titulum, Si certum petatur cõmentaria, in fol. 1538.
- Ad rescripta principum commentaria, De summa trinitate, De sacrosanctis ecclesijs, De edendo, De in ius uocando, &c. 1530. in fol.
- Paradoxorum libri 6. Dispunctionum libri 4. De eo quod interest 1. In tres libros Codicis, 3. Præmissorum, 2. Declamatio una. De stipulationum diuisionibus Commentariolus, 1532. in fol.
- Parergon iuris libri 3. 1538.
- Eiusdem de quinque pedum præscriptione libri 2. & de magistratibus, ciuilibusque & militaribus officijs, 1530. In 8.
- Ioannis de Blanasco Burgundi, in titulum de Actionibus in Institutis, commentaria, in fol. 1542.
- Arnoldi Ferroni Burdigalensis in Consuetudines Burdigalensium Commentarij in 4. 1540.
- Lexicon iuris ciuilis, ex uarijs probatorum authorum commentarijs congestum, per D. Iacobum Spiegel

CATALOG. LIB. SEB. GRYPHII.

- Selestadiensem. In fol. 1541.  
 Guilielmi Budæi Parisiensis in 24. Pandectarum libros  
 Annotationes.  
 Eiusdem altera editio in libros Pandectarum. In 8. 1541.  
 Io. Ferrarij Montani in 4. libros Institutionum Iustina-  
 ni annotationes. 1537. in 8.  
 Eiusdem ad Titulum Pandectarum de regulis iuris com-  
 mentarius, 1537. in 8.  
 Eiusdem Commentarius de Appellationibus: Supplican-  
 di usu: Restitutione aduersus rem iudicatam: Exce-  
 ptionibus quæ sententijs obijciuntur: Impedimentis  
 executionum: Recusationibus iudicum, 1542. in 8.  
 Paraphrasis Claudij Cantuuncule in primum & secun-  
 dum libros Institutionum. In 4. 1534.  
 Variarum lectionum iuris libri Ioan. Oldendorpij in 8.  
 1541.  
 Andreas ab Exea de arario & fisco, ac utriusq; ratioeci-  
 niorum præfectura libellus in 4. 1532.  
 Ant. Fumæi tractatus de eo quod interest.
- ¶ Theologica.
- Biblia, 1542. in 16.  
 Testamentum nouum ex uersione Des. Erasmi Roterod-  
 dami, in 16.  
 Paraphrases Erasmi Roterod. in Testamentum nouum.  
 In 8. 1541.  
 Aug. Steuchi Eugubini Annotationes in Pentateuchum.  
 In 8. 1531.  
 Eiusdem in Psalmum 18. & 138. interpretatio, 1533.  
 Cosmopœcia siue de opificio mundi, in fol. 1535.  
 Opus de perenni philosophia, in fol. 1540.  
 Enchiridion Psalmorum, complectens uersionem eorun-  
 dem ad ueritatem Hebraicam, ac Ioan. Campensis  
 paraphrasin. Item Concionem Salomonis Ecclesia-  
 stæ per eundem paraphrastice traductâ, in 16. 1533.  
 D. Athanasij in Psalmos opusculum, in 8. 1530.  
 Psalteriũ sextuplex Hebræum cum tribus Latinis, uide-  
 licet Hieronymi, Santis Pagani, et Felicis Pratenfis,  
 Græcum, cum Latina uulgata, in 8. 1530.  
 Carolus Bouillus de Laude Hierusalem: De laude gen-  
 tium. De concertatione & area peccati, De 7.  
 uitijs. In 8. 1531.  
 Dominicæ precationis explanatio: cui adiecimus Hiero-  
 nymi Sauanarolæ meditationes in Psalmos, Misere-  
 re: In te domine speraui: & Qui regis Israel inten-  
 de. Omnia in forma enchiridij, 1530.  
 Collatio in omnes diui Pauli Epistolas, per D. Claudij  
 Guiliandum, S. theologiæ Doctorem. In 4. 1542.  
 Collatio eiusdem in Epistolas Canonicas. In 4. 1542.  
 Iacobi Sadoleti comment. trij in epistolam Pauli ad Ro-  
 nos. In fol. 1536.  
 Eiusdem in Psalmum Misere mei Deus, interpretatio.  
 Item in Psalmum 93. Deus ultionum, 1537.  
 Idem de liberis recte instituendis, 1537.  
 Eiusdem de laude philosophiæ libri 2. 1538. in 4.  
 Homilia de morte Federici Fregosij Cardinalis: & altera  
 de Vngaria à Turcis capta.  
 Concordantiæ Biblicæ maiores. In 4. 1529.  
 D. Hieronymi opera omnia in fol. 1529.  
 D. Prosperi opera quæ extant, in fol. 1539.  
 D. Cypriani opera. In 8. 1528.  
 D. Basilij Magni Moralia & Ascetica. In fol. 1540.  
 Lactantij Firmiani opera in 8. 1541.  
 D. Eucherij episcopi Lugdun. epistola parænetica de  
 contemptu mundi, cum scholijs Erasmi. In 8. 1541.  
 Des. Erasmi Enchiridion militis Christiani. In 8. 1529.  
 Eiusdem diuersa alia opera, ut de ratione studij, apoph-  
 thegmata, Similia, Dialogi de recta pronuntiatione  
 linguæ Latinæ, & Ciceronianus. De pueris sta-  
 tim ac liberaliter instituendis. Circa annum, 1530.  
 De libertate operum, & necessitate, aduersus pseudophi-  
 losophos Christianos, Francisco Romæo à Castellio  
 ne ordinis Prædicatorum authore.  
 Annotatio breuis eiusdem ad Animum immortalita-  
 tem, Christianæ ac Peripateticæ deducta. In 4. 1538.  
 Commentatio quædam theologica. In 8. 1539.  
 Exomologesis, siue Modus confitendi, Des. Erasmi, In  
 8. 1528.  
 De esu carniũ, per eundem. In 8. 1528.  
 De Contemptu mundi, per eundem. In 8. 1528.  
 De morte Declamatio eiusdem, 1528.  
 Modus orandi Deum per eundem. In 8. 1528.  
 Precationes Erasmi, quibus adiecimus Simplicem modũ  
 orandi.  
 Pandectæ legis Euangelicæ Simone à Corroy professio-  
 ne Celestino authore, 1547. in 16.

## TITVLI LIBRI XII. DE HISTORIIS.

- TITVLVS I.** De historia, & pertinentibus ad eam in genere.  
 Chronicorum & historiarum comunium scriptores, anonymi primum, deinde ceteri ordine literarum.  
 De uiris claris uariarum gentium, qui scripserint in genere. *Rare mortes.*
- II.** De Europa in genere: & qui de regibus ac Caesaribus Romanis historias pluribus communes scripserint.
- III.** De Caesaribus singillatim, secundum ordinem temporum.  
 De consulibus.
- IIII.** De Italia, & cisalpina Gallia, earuq; historijs: & uiris claris.
- V.** De Gallia transalpina. *Heluetiam Germaniae adiunximus.*
- VI.** De Hispania.
- VII.** De Germania, et finitimis regionibus, ad Oceanum praesertim Asiam uersus.
- VIII.** De Graecia, & finitimis regionibus, ut Macedonia, Thessalia, Thracia, Illyria, &c.
- IX.** De Africa.
- X.** Historiae Turchicae.
- XI.** Asia minor & maior.
- XII.** Insularum historiae.
- XIII.** Historiae fabulosae.
- XIIII.** Historiae amatoriae.
- XV.** Dubia quaedam, uirorum praesertim illustrium nomina (quorum patriae non occurrerant, nec diutius inquirere uacabat) ordine alphabeti digesta.

## LIBRI XII. DE HISTORIIS TITVLVS I.

DE HISTORIA ET PERTINENTIBVS AD EAM in genere. Chronicorum & historiarum comunium scriptores. De uiris illustribus.

¶ De ordinis ratione.



**R**EPETENDVM hic est quod ab initio libri de Geographia monuimus, multa fortassis huic & illi comunia esse, siue re ipsa, Geographi enim multi historias etiam obiter narrant; siue quod nos in quibusdam hallucinari potuimus, festinatione, ignorantia (quam non dissimulo) aut alijs impulsu causis. Proinde qui plura & certiora super aliquo loco scire uoluerit, de eodem in utroque libro requirat. Dubitabam ego initio utrum omnia in unum librum redigi deberent, ut & facilius inuenirentur quae eadem de re dicuntur, & minus ipse inepta dispositione erraret: sed commodius, ut spero, & artificiosius feci, utrisq; distinctis.

Non est autem quod quis miretur, si quos forte uiros illustres, cum patrijs suis hic non memoratos reperiat: quanquam enim plurimos cuiuscunq; uitae conditionis, hoc in libro nominauerim, aliqui tamen ad professiones tantum suas collocati sunt, ut bellorum duces ad Bellicam

in Politicis, Musici ad Musicam, rethores ad Rhetoricam, philosophi ad primam philosophiam: Qui itidem si quid scriptum posteris reliquerint, in primo Tomo aut eius Appendice commemorantur. Quidam duobus aut pluribus locis, alij uno tantum forte numerati sunt.

Calamitates in Ethicis cum Fortuna positae, ad historias etiam referri possunt, in primo hoc titulo paulo infra ubi Mortis uel priuatae uel interitus publici exempla recensentur.

Historias ecclesiasticas quoque seorsim in Theologia quaeres.

¶ De historia in genere.

Historia, antiquitas, Doletus Tomo. 1.

Vide aliquid in Ethicis ubi peregrinatio inter causas prudentiae ponitur.

Quis primus historiam condiderit, & de eius utilitate, Polydorus 1. 12.

Historiae laus, Marsilius 1. 106.

De laudibus historicorum et oratorum, Aug. Dathus.

De laudibus historiae, M. Ant. Sabellius in oratione in Lium, Andr. Alciatus, Philippus Beroaldus.

De usu historiarum liber quidam Grae-

cus, Romæ in bibliotheca Vaticana.  
 In quo & quantum differat historia ab  
 annalibus, superq; ea re uerba posita  
 ex libro rerum gestarum Sempronij  
 Asellionis primo, Gellius 5. 18.  
 Historiarum cognitio duci utilis, quodq;  
 maximè duces historiã scripsere, Val-  
 turius lib. 2. in proemio.  
 De stilo historico, Angelus Decembrius  
 parte 66.  
 De ratione conscribendæ historiæ Bili-  
 baldus Birckeimerus.  
 Præcepta historiæ scribendæ, Hermolai  
 Barbari.  
 Historia quomodo scribenda, Lucianus.  
 De lege historiæ, Pontanus in Actio  
 Dialogo.  
 Quomodo philosophia moralis multum  
 conferat ad historiarum lectionem,  
 Otho Vuerdmyllerus lib. 1. cap. 13. de  
 dignitate usû & methodo philoso-  
 phiæ moralis.  
 De uocabulis apud historicos Parmeno  
 Byzantius.  
 Elucidarius carminum & historiarum,  
 uel Vocabularius poeticus, continens  
 fabulas, historias, &c. Sed pleroseq;  
 huiusmodi priorum nominum di-  
 ctionarios in Onomasticon nostrum  
 transfulimus.  
 Oratio elegans historica Philippi Ni-  
 uolinii.  
 Quatuor ætatum descriptio, Ouidius  
 Metam. 1. & Hesiodus lib. 1. Operum  
 & dierum.  
 De hoc, Aurei generis partem, Tzetzes  
 10. 325.  
 De aureo seculo, Q. Fabius Pictor.  
 Laudes seculi nostri tanquam aurei ab  
 ingenijs aureis, Marsilius 11. 41.  
 De aureo primo seculo, & hoc luxurioso,  
 Seneca lib. 14. epist. 91.  
 Expositio allegorica seculi aurei atq; a-  
 liorum, Marsilius Fic. 7. 46.  
 De 4. diluuijs, Auicenna.  
 Diluuij descriptio uera, in Genesi; fabu-  
 losa, apud Ouidium Metam. 1.  
 Cur tam longæui ante diluuium, Cæ-  
 lius 21. 3.  
 De gigantibus, Cælius 2. 6.  
 Temporum ratio, Des. Erasmus in Ra-  
 tione ueræ Theologiæ Titulo 5.

Io. Lucidi temporum emendationes ab  
 orbe condito.  
 Temporum ex Olympionicis supputa-  
 tio, Cælius 13. 17.  
 Annorum mundi supputatio M. Lutheri.  
 De prima gentium diuisione, Polydo-  
 rus 1. 3.  
 Gentium uicissitudines, Ouidius Me-  
 tamorph. 15.  
 De præstantia gentium, Plinius 7. 40.  
 Barbari non athei, Aelianus 12. fol. ua-  
 riæ historiæ Græcæ.  
 Barbarorum inscitia & ruditas, ibidem  
 fol. 37.  
 Sunt aliqui paulò digniores historici no-  
 mine, ut Frosardus Gallus, aut Mon-  
 streletus, aut Philip. Comminius, aut  
 Valera Hispanus. At isti omittunt  
 sæpe præcipua, & quæ ad exempla,  
 ad rerum usum conducerent: dicunt  
 de nugis, de rebus leuissimis, &c. Vi-  
 ues lib. 2. de disciplinis.  
 GRÆCI Historici, qui gesta principum  
 & imperatorum scripserunt: Grego-  
 rius Monachus, Theophanes, Psel-  
 lus Philosophus, Theodorus, Nice-  
 tes Paphlagon, Iosephus, Genesius,  
 Manuel Byzantius, Nicephorus Græ-  
 maticus, Diaconus Phryx, Leo Asia-  
 nus, Theodorus Proedrus, Sidis, De-  
 metrius Cyzicenus, Ioannes Mona-  
 chus Lydius, Ioanes Curopalares Ci-  
 lix, Zonaras monachus Acropolita-  
 tes, Ephren carmine Iambico, Volat.  
 lib. 23. fol. 250.

¶ Chronica qui scripserint & historias, uel in uniuersum, uel de pluribus non de una gente solum. Enumeramus autem primo Græcos, deinde Latinos libros, illos quorum authores ignoramus: postea reliquos ordine alphabeti positos authorum nominibus.

Στοιχείωσις accurata ab Adamo usq; ad  
 incarnationem Christi, & usq; ad Dio-  
 cletianum, Græce extat Romæ in Va-  
 ticana bibliotheca.  
 Historicum opus ab Adam usq; ad ca-  
 ptiuitatem Constantinopolitanam, ibi-  
 dem Græce.  
 Chronographia multarum historiarum  
 à condito mundo, ibidem Græce.  
 Aliud opus Chronicum, Græce ibid.  
 Chro-

- Chronicum opus ingens ad Nilū, usq; ad Nicephori ducis tempus, de historia regum & ducū apud posteriores Græcos, quo tempore monachi iam fuerunt. Volumen Græcum Bononiæ ad S. Saluatorem.
- Codex Græcus cuius pars prima continet res Hebraicas & Romanas, & quæ sub consulibus gesta sunt. Altera imperatorū historias, nescio in qua Italiae bibliotheca.
- Liber Græcus continens omnes reges à condito mundo ad Alexium Comnenum usq;, Romæ in Vaticana.
- Capita regnorū primū 54. secūdi 76. tertij 60. quarti 55. Hic titulus est Græci codicis nescio ubi in Italia latitantis.
- ¶ Chronicon de origine Francorū, Vandalorum, Gotthorū, & Burgundionum: generationes Vandalorum & Gotthorū, nescio cuius authoris, forte Ioan. Tritemij.
- Liber de serie mundi, citat à Paulo Constantino Phrygione in Chronicis eius.
- Liber Receptionis, ab eodem citatur.
- Chronicon abbatis Urspergensis, cuius nomen nescimus.
- Eorundē Paralipomena per Gasparem Hedionem, usq; ad annum 1537.
- Chronicorum mundi epitome Achillis Gassari, in singulos annos curiosè digesta, ex pbatissimis authoribus, excusa Francfordiæ 1534. in 8. & Basileæ apud Henricum Petri: et alibi puto cum figuris.
- Ad Chronica Vniuersalia uidentur pertinere etiam ea, quæ sequuntur paulò post in Europa de Regibus & Cæsaribus Romanis, pro ordine temporum digesta.
- ¶ Qui uarias historias scripserint, ut Aelianus, Ioan. Tzetzes, Nicolaus Leonicus, & alij qui licet non hoc titulo, argumento tamen eodē usi, inter cætera uaria historias etiam non paucas attigerint, dictum est libro 1. Tituli 13. parte 1.
- Ad uarias historias pertinent etiam epistolæ quorundam, ut Aeneæ Syluij, Iacobi Piccolomini Cardinalis Papiensis epistolæ & historiae, &c.
- Io. Gassij Conuualium quæstionū libri 2. historias habent, partim nostri sæculi, partim ueterū. Hoc anno 1548. multo atctiores prodituros audio.
- ¶ Chronographi & historiographi, presertim qui in uniuersum, aut plurium gentium historias scripserunt, ordine literarum enumerati.
- Achillis P. Gassari, Chronicorum epitome.
- De sex mundi ætatibus usq; ad Carolū simplicem, Adonis Viennensis.
- De iisdem Theodorus quidā, Beda, Honorius, Hermannus Contractus, Robertus Gouillet usq; ad annum 1517. & alij scripserunt.
- Agathia Smyrnæi historiarum libri 5.
- Albertus Argentinēsis Annaliū scriptor.
- Alberti Metēsis historiarū opus breue.
- Annæ Comnenæ libri 8. historici, Græce extant Augustæ Vindelicorum in publica bibliotheca.
- Antonini Florentini episcopi Historiarum libri, quorū capita Tomo 1. enumerauimus.
- Appiani Alexandrini historiae Græce, & Latine Fr. Philelpho & Petro Candido Decembre interpretibus.
- Archilochi de temporibus liber 1. cum commentarijs Io. Annij.
- Arnolphus historicus citatur à Fulgoso.
- Bartolemæi Brixienis, Historia temporum. Bedæ Chronica. (porum.
- Beda de temporū ratione scripsit, & de sex ætatibus librum 1. Vide Tomo 1. fol. 141. b.
- Bernardini Iustiniani historiarū liber 1.
- Berosus de antiquitatibus orbis, cū commentarijs Io. Annij.
- P. Corneliū Tacitū Italice reddidit Aemylius Ferretus.
- In Tacitum Castigationes, Andreae Alciati. Annotationes, Beati Rhemani & Aemylij Ferreti. Cōmentarij Philippi Beroaldi.
- Conradus Peutingerus de gentiū quarundam emigrationibus.
- Conradi Tigemanni additiones ad Ioā. Naucleri Chronica.
- De temporum obseruatione Cornelius Vitellius.
- Diodori Siculi historiarum seu Bibliothecæ libri 40. e quibus extant 20. ut

- fertur: quorum aliqui excusi sunt, Sextum & septimum à decimo uertit Angelus (aliàs Bartolemeus) Cospus, Hoc anno 1548. Diodori libros Latinos Basileæ cudi audio, adiectis quinque ab undecimo ad sextumdecimū.
- Donati Bossij Chronica.
- Eberhardi diaconi Ratisponensis historia Historia temporum Einardi. (ria. Antiquitatis historia, Ethici.
- Marcellini comitis Chronicon, quod rerum orientalium historiā Eusebij & D. Hieronymi usq; ad Iustiniani tempora prosequitur.
- Epitome Chronicorū Eusebij Cæsariē.
- Prosperi temporum continuatio, ab anno 382. usq; ad annum 447.
- Matthæus Palmerius Eusebij Chronica emendauit, & impleuit usq; ad annū 1449.
- De rebus memorandis libri 4. Fr. Petrarchæ.
- In errata quædam historica Fr. Petrarchæ, Ang. Decembrius parte 15.
- Freculphi historiarū libri 7. Aliàs Chronica Freculphi usq; ad Francorum et Longobardorum regna.
- Frossardi Chronica, Gallice.
- Galfridi historia. (Sed inuenio Galfridum de gestis solum Britannia regū scripsisse.)
- Gasparis Hedionis historica synopsis. In annales Ge. Merulæ scholia Gaudentij Merulæ.
- Historici libri 13. Ge. Pachymerij.
- Pantheon, siue regum omnium gesta, &c. libri 18. Godefridi Viterbiē.
- Guilhelmi monachi Parisiē, historiarū uolumen.
- Hartmanni Schedel historie temporum ab initio mundi, usq; ad imperium Maximiliani.
- Helinandi historiarum compilatio, siue libri historiarum 48. Scripsit ab exordio mundi, usq; ad suam ætatē 1200.
- De Helinando historico, Antoninus Florentinus H. 8. cap. 5.
- Henrici Bullingeri Epitome Chronicorum.
- Hermann Contracti Chronicon, siue de sex ætatibus mundi.
- Herodoti Halicarnassei historiarum libri 9. Græci, quibus diuersa Græcorum & Barbarorum gesta, & alia describit. L. Valla Latinos fecit, cuius translationem Conradus Heresbachius recognouit & auxit.
- Hieronymus Borgius historias scribere fertur.
- Hilarij Pictauiē. Chronica.
- Honorij Summa historiarum, siue Chronicon de ætatibus mundi.
- Iacobi Philippi Bergomen. Supplementum Chronicorum, quo omnes ferè historia à condito orbe continentur.
- Idacij Chronica à tempore Theodosij.
- Io. Carionis Chronicon.
- Io. de Columna Mare historiarum.
- Ioan. Curopalati Synopsis historiarum. Aliàs, Io. Curopalatae Historia incipientis à regno Nicephori τοῦ ἀπὸ Γενοικῶν, usq; ad Nicephorū Botaniatem opus imperfectū, Græce extat apud Hurtadum Mendozzam.
- Io. Fr. Pici historia suorum temporum, item particularis quædam historia.
- Io. Gastij opus historiarum, in quo multa scitu digna, tum ueterum, tum recentiorum, circa urbes, arces, & insulas habentur, &c.
- Ioan. Hildeshemensis Chronicon historiarum.
- Io. Naucleri Chronica. Conradus Tigemannus, & Bartolemeus Laurens scripserunt Appendicem ad Chronica Io. Naucleri.
- In eadem Additiones Nicolai Basilij.
- De rebus memorabilibus nostri temporis, inter poemata Io. Pollij.
- Io. Trittenhamij historiarum prolixarū Epitome.
- Io. Villani Florentini Chronica Italice.
- Io. Zonaræ monachi Græci historia.
- De Summa temporum, actibusq; Romanae gentis; Aliàs, De regnorum ac temporum successione liber Iordanis di ex dictis maiorum ceu flosculis col Isidori Chronica. (lectus.
- Iulij Africani de tēporib. Volumina 5.
- Iustini ex Trogo Pompeio historiarum Epitome, diligentissime recognita, collatis ad authorem Græcis & Latinis historici. Cui præterea non parū luci, ex iisdem transcriptis sententijs, & in=

- & indicato historiarum ordine, accessit. Adiecta est Monarchiarum quoque ratio, ubi cui quisque regum imperio praefuerit, & quoad regnauerit, uideas. Io. Gymnicus excudit Coloniae, 1537. in 8. cum indice, chartis 24. De Iustino plura uide in Roma infra Leonardum Aretinum historia sui temporis. Malchi Byzantini historia a regno Constantini.
- M. Ant. Coccej Sabellici Historiarum Eneades 11.
- Paralipomena Sabellici, siue Synopsis historiarum, ab anno 1504. usque ad annum 1538. per Gasparem Hedionem.
- M. Portij Catonis Originum liber, citatur a Macrobio. Extant eius fragmenta.
- Mariani Fuldenensis Chronica ab initio mundi.
- Martiniana Chronica.
- Matthaei Palmerij historiarum continuatio ad Eusebium.
- Methodij Olympi Lyciae episcopi Chronica.
- Octauij Cleophili de dictis factisque memoratu dignis, libri 4.
- Odonis Cluniacensis Chronica breuis.
- Othonis Frisingensis, Rerum ab origine mundi libri 8.
- Pauli Orosij historiarum libri 7. contra paganos, De casibus qui unquam usquam hominibus calamitosi ante Christum acciderunt, ne Christus calamitatum sui temporis author existimari possit. Inscrubitur alias hoc opus, Chronica mundi de Hormesta.
- Pauli Phrygionis Chronicon.
- Paulus Venetus de prouincijs quibusdam, Petri Mellicensis historia notabilis.
- Philonis de temporibus Breuiarij libri 2. In eisdem commentarij Ioan. Annij.
- Chronica Prosperij ab initio mundi, usque ad captam Romam a Genserico Vandalorum rege.
- Rhadulphi Flauiacensis Chronica breuis suorum temporum.
- Richardi Cluniacensis, historia temporis.
- Richardi de S. Victore Chronica ab initio mundi.
- Rudolphi S. Trudonis Chronica.
- Roberti Gouillet compendium de sex aetatibus, in quo perstringitur omnium ferè regnorum origo & successio & finis, usque ad annum 1513.
- Ruperti Gaguini Chronica.
- Ruperti Remensis historiarum libri 10.
- Sebastiani Munsteri Chronica Germanica: quae nunc (ut audio) Latine reddit.
- Sigisberti, alias Sigeberti, Chronicon ab anno 381. ad annum 1113. alias 1111.
- Roberti abbatis Montis additiones ad Chronica Sigeberti, quae annos sequentes 103. complectuntur.
- Theodorus & alij qui de sex aetatibus scripserint, uide statim ab initio huius Sectionis.
- Theophylacti Simocati orbis totius historia.
- T. Liuij Patauini Historiarum Latinae tres decades cum dimidia. Vide infra Titulo 4. ubi de Romanis rebus.
- Catalogus annorum & principum, Valerij Anselmi.
- Vincentij Galli Historiale speculum libri 32.
- Vuernerij Roleuinc Cartusienensis Fasciculus temporum cum circulis ab exordio mundi usque ad Sixtum Papam 4. Alias, Fasciculus temporum omnes antiquorum historias complectens usque ad annum 1484. Alias, usque ad annum 1518.
- Zosimi cuiusdam Graeci, historiarum libri 5.

## ¶ Antiquitates.

- Icones Philostrati 66.
- Eiusdem heroum imagines 21.
- Philostrati iunioris icones 18.
- In statuas gentiliu aliquot Callistratus, Florilegij Graeci libri tres, nempe quartus, quintus, & sextus, multa epigrammata habent in statuas deorum, hominum, anathemata, &c. Vide Tomo 1. in Maximo Planude.
- Inscriptiones sacrosanctae uetustatis, Petri Apiani, & Bartolemaei Amantij.
- Inscriptiones uetustae per Iacobum Mazochium.
- De re antiquaria urbis, Andr. Fuluius.
- De Romanae urbis antiquitatibus, Pomp. Latus. Plura uide infra in Romanae mentione: & supra de Geographia Titulo 4.

- De ueterum inscriptionibus, Torellus. Inscriptiones uetustæ Rom. & agri Moguntini, liber impressus.
- Antiquitatis reliquiæ quædam, libellus impressus Friburgi apud Emmeum in 8. 1530.
- Vetustatis collectanea, Cælij Calcagnini.
- Antiquitates quædam exponuntur ab Anto. de Gueuara, epistola 4.
- Imagines imperatorum, uide infra in Europa.
- ¶ De uiris illustribus uariarum gentium qui scripserint in genere.
- Qui reges uel principes apud uarias gentes, cognomenta ex suo nomine posteris reliquerint, Alexander ab Alexand. 1. 2.
- Mari quis primus imperauerit, Polydorus Verg. 3. 15.
- Plutarchi Græcorum Romanorumq; illustrium uitæ, 48. Græcæ, & Latina, à diuersis puto interpretibus translata. In eisdem epitome Darij Tiberii. Io. Laurentius Venetus in Plutarchum.
- Descriptio imaginum in publico gymnasio Zeuxippi: item aurigarum in hippodromo Cõstantini, libro 5. Florilegij Græci.
- Heroũ imagines libro 4. Florilegij Græci, sectione 8.
- Epitaphia, libro 3. sect. 14.
- In uiros nõ claros, ibidem libro 3. sect. 6.
- In ueteres quosdã, ibidẽ, libro 3. sect. 7.
- Epitomen Philonis de urbibus & claris uiris, Athenæus qui & Serenus, teste Suida, scripsit.
- De uiris illustribus, Amphicrates.
- De uitis illustrium uirorum libri 5. The sei, teste Suida.
- Historica collectio nominum illustrium uirorum, & operum eorũ, liber Græcus hac inscriptione Romę superstes in Vaticana bibliotheca.
- Heroica Philostrati, de heroib. 21. Transtulit ea Steph. Niger.
- De uitis celebrium philosophorum Dionigenis Laërtij libri 10.
- Sed de philosophis & eruditis hominibus, qui aliquid scriptum reliquerunt, qui scripserint catalogos, uide supra libro 1. Titulo 13. parte 7.
- Valerij Maximi libri 9. memorabilium exemplorum; excusi & alibi & Basileæ 1536. paucis aliquot sed raris exemplis adiectis, apud Hen. Petrum. Prodiuerunt etiam Italice.
- In Valerium Maximũ Aug. Dathi præfatio; Iacobi à Cruce prælectio.
- Commentarij Oliuerij, Iod. Badij, Michaelis Angriani, Omniboni, & Dionysij de Burgo.
- Annotationes in locos aliquot obscuros M. Ant. Sabellici, Iacobi à Cruce, Antonij Leuæ.
- Cajj Titi Probi in Valerij Maximi librũ 10. Epitome.
- Diuersæ laudes plurimorũ, Plin. 7. 29.
- De uiris illustribus 77. C. Plinius Cæcilius. In eundem commentarius Iac. Ziegleri, & alius copiosissimus utilissimusq; Conradi Lycosthenis.
- In Suetoniũ de uiris illustribus, Domitici Machanei commentarius.
- Vitas illustrium uirorum scripsit Cornelius Nepos, uel ut alijs placet Suetonius, uel Plinius Iunior: eundem enim librum alius alij adscribit.
- Laudes heroũ illustrium Eyteluuolfij.
- De uitis regum & uirorum illustrium, Gaspar Vrsinus.
- Prosopographiarum libri 4. Iustini Goblari.
- Francisci Petrarchæ Epitome uirorum illustrium.
- Eiusdem supplementum per Lombardum de Sirichio.
- Anthropologia de claris uiris omnium gentium, Raph. Volaterrani.
- Io. Boccatus de illustribus uiris: aliàs, De casibus illustrium uirorum.
- Exemplorum Ethnicorum & Christianorũ lib. 10. M. Ant. Cocci Sabellici.
- Baptistæ Fulgosi de memorabilibus dictis & factis libri 9.
- Liber de uitis doctorum aliquot nostri sæculi uirorum, impressus Francoforti apud Egenolphum in 4.
- De uiris illustribus utriusq; Testamenti, uide in Pandectis Othonis Brunfelsij.
- De illustribus uiris Sigebertus.

Catalogus uirorum illustriū, Ildefonsi.

De militibus illustribus, liber impressus  
puto, nescio cuius authoris.

In Onomastico nostro multorū illustriū  
uirorum historiæ percensentur; item  
in Suidæ dictionario.

De ijs qui in diuersis artibus claruerūt,  
suo singillatim diximus loco.

¶ De præclaris & electis mulieribus, Ia-  
cobus Philippus Bergomensis.

De claris mulieribus, Io. Boccacius.

Exemplorum muliebrium libri 6. Va-  
leriano more, Ioan. Fran. Quintiani  
Stoæ, nondum editi.

De claris mulieribus utriusq; Testamen-  
ti, Brunfelsius in Pandectis.

Plura fortè reperiēs in Oeconomicis, ubi  
de uirtutibus mulierum dicitur.

¶ De raris mortibus hominum illustrium simul  
& obscurorum.

De Pnyllorū interitu, Gellius 16. 11. Sed  
de calamitatibus illis, quibus integre  
gentes afflictæ aut pessundatæ sunt,  
in Ethicis fortè dicitur, ubi de Fortu-  
na. Multos huiusmodi casus enume-  
rat Orosius. Nostrum hic de singulo-  
rum mortibus scribere institutū est.

De insigni uitæ exitu, Sabellicus 1. 8.

De mortibus non uulgaribus, Valerius  
& Fulgosus 9. 12.

